

k. suadet regi pacem cum eius nepote Ludovico II. imperatore faciendam: 'Initium locutionis'. J. 2773. Caraffa III, p. 128.

l. commendat Rothadum episcopum Suessionensem a sese restitutum: ei ablatas ecclesiae res reddi iubeat: 'Quamquam Rothadum'. J. 2783. Caraffa III, p. 158.

m. nuntiat regi pallium Egiloni archiepiscopo Senonensi missum esse: 'Cum acceptae'. J. 2810. Mansi XV, p. 392.

n. respondet de Vulfado post Rodulfi archiepiscopi Bituricensis mortem electo non posse statui, priusquam acta synodi Vulfadi sociorumque causa convocatae sibi afferantur: 'Excellentiae vestrae'. J. 2811. Sirmond III, p. 615: 'Nunc primum in lucem edita ex cod. S. Mariae Laudunensis'.

o. gratias agit de clericorum restituendorum studio, addit de Balduino comite Flandriae amplius fovendo ac de suis ad Hincmarum archiepiscopum Remensem litteris: 'Cum talem se'. J. 2824. Caraffa III, p. 202.

p. rogat, ut Lotharium regem pro sorore Helletrude, Berengarii comitis vidua, praediis suis privata deprecetur (idemque Ludovicum Germanicum se rogasse scribit): 'Litteris scilicet'. J. 2827. Baron. Ann. eccl. A. 867 N. 128 ex cod. S. Mariae sup. Minervam.

q. mandat, ut Dionysii Areopagitae 'de divinis nominibus vel caelestibus ordinibus' librum a Iohanne Scoto, suspectae fidei viro, ex Graeco in Latinum translatus sibi mittat, 'quatenus, dum a sui apostolatus iudicio fuerit approbatus, ab omnibus acceptior habeatur': 'Relatum est'. J. 2833. Ivonis decr. IV, c. 104.

r. scribit de Hugone, qui fratrem necaverit, in proprias possessiones, in legitimum matrimonium restituendo, salva poenitentia ei imposita: 'Quidam vestrae'. J. 2834. Ivonis decr. X, c. 184.

s. † ad animum revocat legem quandam imperialem ab Eusebio in Historia ecclesiastica citatam: 'Istoria ecclesiastica'. J. 2859. Gratian. decr. C. XXXIII, qu. 2, c. 3.

t. † scribit se penitus ignorare, quomodo, qui humanis tantum rebus, non divinis praesunt, de his, per quos divina ministrantur, iudicare praesumant: 'Denique hi quibus'. J. 2860. v. Pflugk-Harttung, Acta inedita II, p. 34 ex cod. Taurin. E. V. 44 fol. 79 s. XIII.

u. scribit, incredibilem famam ad se perlatam esse, eum accepto monasterio quodam societatem cum Lothario rege iniisse adversus Theutbergam; quod ceperit Lotharius consilium adulterii Theutbergae monomachia probandi reprehendit, hanc diligentissime commendat: 'Numquam dolorem'. J. 2872. Caraffa III, p. 195.

v. significat, se singulos regni eius metropolitas 'ad quae-